



CATECHISMUS  
CHRISTI  
REGIS



CATECHISMUS  
CHRISTI  
REGIS



CONSOCIATIO CHRISTI REGIS  
2023



Hoc documentum sub licentia « Creative Commons Attribution-ShareAlike 4.0 International » (« CC BY-SA 4.0 », <https://creativecommons.org/licenses/by-sa/4.0/deed.en>).

Hoc documentum est in versione 1.0.

This text was prepared and printed by the Consociation of Christ the King (<https://ccregis.sdf.org>).

# TABULA MATERIÆ

<i>Natura Jesu Christi</i> .....	I
<i>De Regno Jesu Christi in Ipso</i> .....	4
<i>De Fontibus Regni Christi</i> .....	4
<i>De Modo Regni Jesu Christi Super Nos</i> .....	9
<i>De Illis Quos Jesus Christus Regnat</i> .....	11
<i>De Temporibus in Quibus Jesus Christus Regnat</i> .....	12
<i>De Substantia Regni Jesu Christi</i> .....	13
<i>Regnum Integrale Christi</i> .....	16
<i>De Reginitate Dominae Nostræ, Mariæ, Matris Dei</i> .....	16
<i>De Nostris Obligationibus Jesu Christo Regi</i> .....	17
<i>De Potestate et Legibus</i> .....	19
<i>De Ecclesia et Civitate</i> .....	21
<i>De Juribus Christi Regis in Societate Civile</i> .....	25
<i>Cultus Domini Nostri Jesu Christi Regis</i> .....	30
<i>De Diebus Christi Regis Specialibus</i> .....	30
<i>De Signis et Mysteriis Significantes Christum Regem</i> .....	34



## NATURA JESU CHRISTI

1. *Quis est Jesus Christus?*

Jesus Christus est Persona Secunda Beati Trinitatis, et verus Deus et verus homo.

2. *Quomodo Jesus Christus vere et Deus et homo esse potest?*

Jesus Christus vere et Deus et homo esse potest quia naturas et divina et humana in sua Persona Divina jungit.

3. *Nomene conjunctionis naturas humana et divina in Persona Divina Christi?*

Nomen conjunctionis naturas humana et divina in Persona Divina Christi est « Unio Hypostaticus ».

4. *In Unione Hypostatico, Jesus Christus aliquodne Deitatis perdit?*

Jesus Christus nullum Deitatis perdit in Unione Hypostatico.

5. *In Unione Hypostatico, Jesus Christus totalitatemne humanitatis possidit?*

Jesus Christus totalitatem humanitatis possidit in Unione Hypostatico. Corpus, naturam, animam, intellectum, voluntatem, et omnes res quæ ad humanitatem pertinet includitur. Christus similis nobis in omnibus nisi peccato.

*Multæ hæreses ex confusione vel abnegatione hujus doctrinæ (Unionis Hypostatici) oriuntur, et multa nomina habent. « Monophysitæ » naturam humanam in Christo abnegat; « monothelitæ » voluntatem humanam in Christo abnegat; « Nestoriani » duas naturas in una persona abnegat, duas naturas in duas personas asserunt; « Ariani » divinam naturam in Christo abnegat, humanitatem solam admittit; et cetera. Doctrina apostolica et catholica autem est quod Jesus Christus et plenissime Deus et plenissime homo est; quod omnia a Christo creata sunt, Christus enim vere Deus est; quod Christus omnipotens, omnisciens, omnesque perfectiones divinas Deitatis vere habet; et quod corpus et anima ejus a Deo creata est, humana vere et plene sunt; quod esurivit sitiitque, sicut omnes homines esuriunt et sitiunt; quod jocatur et ridet, sicut omnes homines jocantur et rident; quod lassitudinem et tædium, letitiam et tristitiam sentit, sicut omnes homines illas sentiunt; quod Jesus*

*Christus omnibus passionibus, desideriis, letitiis, et tristitiis nostris participant, et vere plenissimeque homo sicut alii homines est.*

6. *Si Jesus Christus homo sicut alii homines est, imperfectus sicut alii homines est?*

Jesus Christus perfectus Deus et perfectus homo est; similis nobis hominibus in omnibus particularibus nisi peccato est, sicut Scriptura Traditioque semper et ubique nos docuit.

7. *Cur Jesus Christus totam naturam humanam assumpsit?*

Jesus Christus totam naturam humanam assumpsit quia naturam nostram redimere desiderat, quia nos diligit et desiderat nos eum diligere. Si similitudinem et non totalitatem naturæ nostræ assumpsit, similitudinem solam et non totalitatem naturæ nostræ redemit.

8. *Estne proverbium facile ad memorandum has doctrinas de Christo?*

Proverbium facile ad memorandum has doctrinas de Christo est hoc: « Quæ non assumpta sunt, non redempta sunt »; vel, « Quæ non assumpsit, non redemit ».

9. *Correctum est Jesum Christum personam humanam nominare?*

Non correctum est Jesum Christum personam humanam nominare; Jesus Christus enim non humana, sed divina Persona, qui etiam humanam naturam possidet.

10. *Cum Jesus Christus duas naturas suas in una Persona sua divina adunavit?*

Jesus Christus duas naturas suas in una Persona sua divina adunavit in hora conceptionis suæ in utero matris suæ, Beatæ Mariæ semper Virginis.

11. *Quo nomine hora in qua Jesus Christus naturas humana et divina in una divina Persona adunavit vocatur?*

Hora in qua Jesus Christus naturas humana et divina in una divina Persona adunavit « Incarnatio » vocatur.

12. *Quo alio nomine hora in qua Jesus Christus naturas humana et divina in una divina Persona adunavit vocatur?*

Hora in qua Jesus Christus naturas humana et divina in una divina

Persona adunavit etiam « Annuntiatio » vocatur.

13. *Cur hora in qua Jesus Christus duas naturas in una Persona adunavit « Annuntiatio » etiam vocatur?*

Hora in qua Jesus Christus duas naturas in una Persona adunavit « Annuntiatio » etiam vocatur quoniam Annuntiatio est hora in qua Maria, Mater ejus, ab archangelo Gabrielo quod Mater Dei sit dicta est; et in hac hora, in qua accepit, Incarnatio fiat.

14. *In qua die Incarnationem Jesu Christi, et Annuntiationem archangeli Mariæ, celebramus?*

Celebramus Incarnationem Jesu Christi et Annuntiationem archangeli Mariæ in 25 die martii, quæ novem menses ante Nativitatem in decembre.

15. *Quod est « Mysticum Corpus » Christi?*

Mysticum Corpus Christi est Ecclesia catholica; id est, corpus fidelium baptizatorum in omne mundo, in uno corpore a uno fide unitum.

## FONTES

*Ego sum vitis, vos palmites.*

Jo 15:5

*Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et Christus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi: et omnes in uno Spiritu potati sumus.*

1Cor 12:12-13

*ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.*

Rom 12:5

16. *Vinculum fraternale Mystici Corporis Christi omnes Christianos ligat?*

Vinculum fraternale Mystici Corporis Christi omnes Christianos ligat; artior quidem alio cumque vinculo ligat, vel gentile, vel nationale, vel omne alio cumque tale.

# DE REGNO JESU CHRISTI IN IPSO

## DE FONTIBUS REGNI CHRISTI

### 17. *Iuste Jesus Christus « Rex » vocatur?*

Jesus Christus iuste « Rex » vocatur; iuste quidem Jesus Christus « Rex » vocandus est.

### 18. *Cur Jesus Christus iuste « Rex » vocatur?*

Jesus Christus iuste « Rex » vocatur quoniam (1) jus hæreditatis: iustus heres David, rex Judæorum, quo Deus thronum Judæ pro æternitate promisit; et quoniam (2) jus naturalis: jus naturalem habet, qui (a) jus creationis: ex creatione omnium hominum rerumque ejus, (b) jus curæ: ex cura assidua pro omnibus hominibus rebusque ejus, (c) jus naturæ: ex natura divina ejus; et quoniam (3) jus victiois: jus victiois habet, ex passione et morte in cruce propter homines et salutem eorum fit.

## FONTES

[C]ujus regni non erit finis.

Symbolum Nicæanum

### 19. *Cur Jesus Christus iustus heres David, rex Judæorum, est?*

Jesus Christus iustus heres David, rex Judæorum, est, quoniam solus filius David jam vivit, et filius filiorum David est.

*Prima verba Scripturæ de Jesu Christo « Liber generationis Jesu Christi filii David » (Matt 1:1), et genus Christi ab Abraham usque ad David, et ab David usque ad Christum. Christus etiam titulum « rex » accepit cum Pilatus eum rogavit si rex Judæorum sit (Matt 27:11; Marc 15:2; Luc 23:3; Joan 18:33-37); et cum ipse permisit se in modo regis Judæorum salutari, sicut in Hierosolymo intravit in asino, sic propheta dixerant quod rex adveniret (Joan 12:12-15); et cum ipse permisit se « Filius David » vocari (Matt 21:9).*

FONTES

*Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.*

Matt 1:1

*Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis.*

Matt 27:11

*Tu es rex Judæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis.*

Marc 15:2

*Tu es rex Judæorum? At ille respondens ait: Tu dicis.*

Luc 23:3

*Tu es rex Judæorum? Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Judæus sum? gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? . . . Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum.*

Joan 18:33–37

*[Q]uem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum, et Dominus dominantium.*

1 Tim 6:15

*Exsulta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi justus, et salvator: ipse pauper, et ascendens super asinam et super pullum filium asinæ.*

Zach 9:9

*[A]cceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel.*

Joan 12:13

*[T]urbæ autem, quæ præcedebant, et quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis.*

Matt 21:9

**20. De quo Jesus Christus jus regni hereditale accipit?**

Jesus Christus jus regni hereditale de Joseph, custode Christi et patre virginali, accipit.

## FONTES

*Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

Matt 1:16

21. *Jus hereditale Jesu Christi jures in gentiles (non-Judæi) continet?*  
 Jus hereditale Jesu Christi jures in gentiles (non-Judæi) continet, quod Ecclesia catholica ejus est novus Israel, et rex Israel est.
22. *Quomodo Jesus Christus « Rex » vocandus est jure creationis omnium hominum rerumque ab eo?*

Jesu Christi « Rex » vocandus est jure creationis omnium hominum rerumque ab eo quia creatio jus ad regendum semper dat.

*Cum homo machinam facit, hic merito eam gubernat, donec alio eam det. Evangelium Joannis autem nobis dicit quod « [o]mnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est » (Joan 1:3). Christus numquam nos alio dedit; palam et explicite quidem regnum super nos postulat, Judæos et Gentiles. Exempli gratia, vide Matt 8:11 (« multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum »). Ergo, Jesus Christus jus ad regendum merito postulat, et dignitatem legitimationemque juris ad regendum sui ei debemus.*

## FONTES

*Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est.*

Joan 1:3

*Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum.*

Matt 8:11

*[Q]ui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipso condita sunt universa in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per ipsum et in ipso*

*creata sunt.*

Col 1:15–16

**23.** *Quomodo Jesus Christus « Rex » vocandus est jure curæ assiduæ pro omnibus hominibus rebusque ab eo?*

Jesus Christus « Rex » vocandus est jure curæ assiduæ pro omnibus hominibus rebusque ab eo, quia cura illa certitudo sola existentiae nostræ est, et summa dependentia nostra ei jus ad regendum ei dat.

*Cognoscimus quod « ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia » (Rom 11:36), et « [i]n ipso . . . vivimus, et movemur, et sumus » (Acta 17:28). Dependenciam summam Christo habemus, et sine Christo non creati simus et non nunc simus. Sine actione assidua Christi, statim existentiae nostræ cessent, quoniam Deus solus a se existit, alia autem a alio (id est, Deo) existunt. Propter dependentiam absolutam nostram Deo, merito Jesus Christus « Rex » omnium, hominum præsertim, vocatur.*

## FONTES

*Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.*

Rom 11:36

*In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus: sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsis enim et genus sumus.*

Acta 17:28

*[E]t ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.*

Col 1:17

**24.** *Quomodo Jesus Christus « Rex » vocandus est jure naturæ divinæ ejus?*

Jesus Christus « Rex » vocandus est jure naturæ divinæ ejus, quia illa natura altissima est, et illa natura naturæ humanæ in una Persona divina conjuncta merito imperatorem omnium hominum eum efficit.

*Sæpe altissimum generis « rex » generis illius vocamus; e.g., leo « rex bestiarum » vocamus, et lusor optimus ludi « rex ludi » vocamus, sic Waynus Gretzky « rex*

*hoccei » vel Michael Jackson « rex musicæ popularis » vocatur (merito vel non merito). Similiter Jesus Christus, cujus Persona naturas divinæ humanæque adunat, clarissime optimus homo possibilis est; ergo, merito Jesus Christus « Rex » vocandus est.*

## FONTES

*Omniium, ut verbo dicam, creaturarum dominatum obtinet, non per vim extortum, nec aliunde invectum, sed essentia sua et natura.*

Cyrillus Alexandrinus, *In Luc.*, x.

**25.** *Quomodo Jesus Christus « Rex » vocandus est jure passionis mortisque in cruce propter homines et salutem eorum?*

Jesus Christus « Rex » vocandus est jure passionis mortisque in cruce propter homines et salutem eorum quia tantum magnum donum, donum quidem maximum possibile, maximas gratias posibles ex nobis requirit.

**26.** *Est nomenne jus Jesu Christi regni super homines jure passionis mortisque in cruce?*

Jus Jesu Christi regni super homines jure passionis mortisque in cruce nomen « jus victionis » habet, quod redemptione hominis hominem victus est; non violentia sed dilectione superat.

## FONTES

*Hi cum Agno pugnabunt, et Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum est, et Rex regum, et qui cum illo sunt, vocati, electi, et fideles.*

Apoc 17:14

*Empti enim estis pretio magno.*

1Cor 6:20

## DE MODO REGNI JESU CHRISTI SUPER NOS

27. *Quomodo Jesus Christus nos regnat?*

Jesus Christus nos regnat in tribus modis principaliter: regnat *in mentibus nostris, in voluntatibus nostris, et in cordibus nostris.*

28. *Quomodo Jesus Christus regnat in mentibus nostris?*

Jesus Christus regnat in mentibus nostris quia hic est veritas, et veritatem nullus homo cognoscere potest nisi de eo eam trahant et accipiant.

### FONTES

*Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me.*

Joan 14:6

*Rex Israel, quod mentes regat, quod in æternam consulat, quod in regnum cælorum credentes, sperantes amantesque perducatur.*

Augustinus Episcopus, Tract. 51 in Joan., 12–13.

29. *Quomodo Jesus Christus regnat in voluntatibus nostris?*

Jesus Christus regnat in voluntatibus nostris quia concordia perfecta inter voluntates divinam humanamque incendit quod nos voluntates nostras voluntati divinæ subjicimus, et hæc subjectio finis altissima voluntatis nostræ est.

### FONTES

*Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.*

Luc 22:42

*Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, judico: et judicium meum justum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.*

Joan 5:30

[*Q*]uia descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

Joan 6:38

**30.** *Quomodo Jesus Christus regnat in cordibus nostris?*

Jesus Christus regnat in cordibus nostris quia bonus, lenis, et mitis omnibus hominibus semper est, et nemo homines tantum amavit vel amare potuisset, nec quicumque esse potuisset tam dignus amore sic Christus, hominum salvator.

**31.** *Jesu Christi rex sicut Deus solum, vel etiam sicut homo?*

Jesus Christus rex sicut Deus sicut homo est, quia et Christus homo et Christus Deus divina Persona sunt, et ergo omnes creaturae obedientiam et caritatem ei debent.

*Pius XI in Quas Primas notavit quod angeli altissimi etiam imperio hominis, Christi, subjiciendi sunt. Christus ipse dixit quod omnis potestas ipsi data est. Nulla potestas autem Christo sicut Deo dari potest, nam Deus omnem potestatem jam habet; potestas dari potest Christo solum sicut homini. Omnes potestas, ergo, data est Christo sicut homini, et Christus rex et sicut Deus et sicut homo est.*

## FONTES

*Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.*

Matt 28:18

*Unde consequitur, non modo ut Christus ab angelis et hominibus Deus sit adorandus, sed etiam ut ejus imperio hominis, Angeli et homines pareant et subiecti sint.*

Pius XI, *Quas Primas*.

## DE ILLIS QUOS JESUS CHRISTUS REGNAT

32. *Jesus Christus rex Judæorum solum, vel omnium hominum?*

Jesus Christus non rex Judæorum solum, sed rex omnium hominum, est.

### FONTES

*Qui enim appellatus est in terra Rex Judæorum, in calis est Dominus Angelorum. Sed Judæorum tantum Rex est Christus, an et gentium? Imo et gentium.*

Augustinus Episcopus, Tract. 51 in Joan., 12–13.

*Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferra, et tamquam vas figuli confringes eos.*

Ps 2:8–9

*Hic ille Rex est gentium / Populique Rex judaici, / Promissus Abrahæ patri / Ejusque in ævum semini.*

Hymnus Vesperarum Festi Transfigurationis Christi

*Videlicet imperium ejus non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui sacro baptismate rite abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate sejungat; sed complectitur etiam quotquot numerantur christianæ fidei expertes, ita ut verissime in potestate Jesu Christi sit universitas generis humani.*

Leo XIII, *Annum sacrum*, 25 Maii 1899

33. *Qui homines obedientiam Jesu Christo sic regi debent?*

Omnes homines, sine exceptione, obedientiam Jesu Christo sic regi debent.

34. *Homines qui in Jesum Christum non credunt obedientiam eo debent?*

Homines etiam qui in Jesum Christum non credunt obedientiam eo debent.

*Rationes quibus Jesus Christus Rex est hominibus qui non credunt in Christum, sicut quibus credunt in eum, attendit. Christus enim etiam illos creavit, in existentia*

*conservat, propter eorum salutem passus et mortuus est. Incredulitas nullas rationes tollit.*

## FONTES

[E]untes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis: et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

Matt 28:19–20

## DE TEMPORIBUS IN QUIBUS JESUS CHRISTUS REGNAT

### 35. *In qua tempora regnum Jesu Christi extendit?*

Regnum Jesu Christi in omnes tempora post Incarnationem eius extendit, et in finem mundi perseverabit.

*Error communis hodie est quod regnum Christi non adveniet donec finis mundi, cum Christus ipse iterum adveniet. Sæpe verba Christi quod « [r]egnum meum non est de hoc mundo » (Joan 18:36) hanc doctrinam justificare utuntur. Rationes regni ejus autem attendit etiam antequam Christus adveniat in ultima die. Quinimmo, hoc argumentum dicit quod regnum ejus « non est in hoc mundo »; sed Christus dicit quod regnum suum « non est de hoc mundo ». Christus dicit numquam quod regnum nullum in hoc mundo habet; verba « [r]egnum meum non est de hoc mundo » significat quod regnum ejus est principaliter spirituale, non quod nullum regnum in temporibus præsentibus habet. Quoniam spirituales altior temporalis est, regnum spirituale altior regnum temporalis est, et regnum temporalis includit. Postremo, Christus est rex et sicut Deus et sicut homo, et regnum Dei clarissime in omnibus locis et temporibus extendit; ergo regnum Christi sic extendit. Regnum Christi non eschatologicum et spirituale solum, sed etiam currens et temporale.*

## FONTES

*Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet*

*imperium abjudicet, cum is a Patre jus in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita.*

Pius XI, *Quas Primas*.

## DE SUBSTANTIA REGNI JESU CHRISTI

### 36. *In quo auctoritas Jesu Christi Regis consistit?*

Auctoritas Jesu Christi Regis consistit in potestatibus tribus: potestate legislatoris, executionis, et judiciaria.

#### FONTES

*Dominus enim judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster.*

Is 33:22

### 37. *In quo potestas legislatoris Jesu Christi Regis consistit?*

Potestas legislatoris Jesu Christi Regis consistit in jure et facultate ad leges faciendum, et obligatione nostra ad eas obœdiendum.

*Christus Rex multas leges fecit in terra. E.g., quod omnes homines doctrinas ejus accipere, baptizari, et ecclesiam intrare (Matt 28:19), et quod omnes homines carnem ejus manducare et sanguinem ejus bibere (Joan 6:54) præcepit.*

#### FONTES

[E]untes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.

Matt 28:19–20

*Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Joan 6:54

[E]st catholica fide credendum, Christum Jesum hominibus datum esse utique Redemptorem, cui fidant, at una simul legislatorem, cui obediant.

Pius XI, *Quas Primas*.

**38. *In quo potestas exsecutionis Jesu Christi Regis consistit?***

Potestas exsecutionis Jesu Christi Regis consistit in auctoritate ad obedientiam legibus ejus requirendum et impellendum.

## FONTES

*At præterea potestas illa, quam exsecutionis vocant, Christo adjudicanda est, utpote cuius imperio parere omnes necesse sit, et ea quisdem denunciata contumacibus irrogatione suppliciorum, quæ nemo possit effugere.*

Pius XI, *Quas Primas*.

**39. *In quo potestas judiciaria Jesu Christi Regis consistit?***

Potestas judiciaria Jesu Christi Regis consistit in auctoritate ad materialium legum ejus judicandum, legum divinarum sicut humanarum, et ad pœnas et præmia tradendum.

## FONTES

*Dominus judicat populos. Judica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam super me.*

Ps 7:9

*Negue enim Pater judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.*

Joan 5:22

*[I]n die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum . . .*

Rom 2:16

*Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui iudicaturus est vivos et mortuos . . .*

2 Tim 4:1

*Judiciariam vero potestatem sibi a Patre attributam ipse Jesus Judæis, de Sabbati requiete per mirabilem debilis hominis sanationem violata criminantibus.*

Pius XI, *Quas Primas*.

40. *Potestas Jesu Christi Regis spiritualibus solum attendit, vel temporalibus etiam?*

Potestas Jesu Christi Regis spiritualibus temporalibusque attendit, sine exceptione.

*Cum saepe non exercere potestatem suam optet, certe eam possidit. Quod « [d]ata est mihi omnis potestas in caelo et in terra » (Matt 28:18, emphasis addita) dicit, non « omnis potestas spiritualis ».*

FONTES

*Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.*

Matt 28:18

41. *Qua bona de regno Christi sociale proditur?*

Regnum Christi sociale prodit omnia beneficia civilia et spiritualia in societate, et civitate et ecclesia.

FONTES

*Itaque pacem Christi ut quaerendam in regno Christi monuimus.*

Piux XI, *Quas Primas*

*Itaque, si quando regiam Christi potestatem homines privatim publiceque agnoverint, incredibilia iam beneficia, ut iustae libertatis, ut disciplinae et tranquillitatis, ut concordiae et pacis, civilem consortionem pervadere omnem necesse est. Regia enim Domini nostri dignitas, quemadmodum humanam principum ac moderatorum auctoritatem religione quadam imbuit, sic civium officia atque obtemperacionem nobilitat.*

Pius XI, *Quas Primas*

REGNUM INTEGRALE CHRISTI

42. *Si regnum Jesu Christi in omnes tempora et omnes homines extendit, cur tam pauci homines illum honorificat?*

Cum regnum Jesu Christi in omnes tempora et omnes homines extendat, præsens in solum essentia est; præsens in sua integritate solum si homines et societas illum honorificat.

43. *Quid « esse præsens in sua integritate » regno Christi significat?*

Regnum Christi præsens in sua integritate cum homines et societates eum Regem palam et explicite accipit. Variis gradibus in variis locis et temporibus fit.

44. *Quid fideles facere oportet de regno Christi integrale?*

Fideles operare pro instauratione regni Christi integralis in societatibus et in omnibus cordibus oportet.

## DE REGINITATE DOMINÆ NOSTRÆ, MARIÆ, MATRIS DEI

45. *Præter regnum Jesu Christi, aliæ personæ regalis cujus debemus memorare?*

Præter regnum Jesu Christi, reginæ Dominæ nostræ Beatæ Mariæ, semper Virginis, Matris Dei, memorare debemus.

46. *Quare reginæ Beatæ Mariæ memorare debemus?*

Memorare debemus reginæ Beatæ Mariæ quod Maria est Mater Dei, Mater Regis nostri Jesu Christi, qui Rex universalis est; Maria ergo regina universalis etiam est.

47. *De quo reginitas Mariæ oritur?*

Reginitas Mariæ oritur de tribus: de maternitate Dei, de legibus Judæorum, et de perfectione personæ ejus.

48. *Quomodo reginitas Mariæ oritur de maternitate Dei?*

Reginitas Mariæ oritur de maternitate Dei quia beneficium magnum quod Maria pro nobis fecit in partu Salvatoris nostri ei jus gratiarum et honoris nostri dat.

49. *Quomodo reginitas Mariæ oritur de legibus Judæorum?*

Reginitas Mariæ oritur de legibus Judæorum quia in illis legibus mater regis regina erat, et Maria est mater Regis nostri.

FONTES

[S]urrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum: positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus. Dixitque ei: *Petitionem unam parvulam ego deprecor a te: ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete, mater mea: neque enim fas est ut avertam faciem tuam.*

1 Rg 2:19–20

*Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.*

Jo 2:3–5

50. *Quomodo reginitas Mariæ oritur de perfectione personæ ejus?*

Reginitas Mariæ oritur de perfectione personæ ejus quia Maria, concepta sine peccata originale et vitam sine peccata actuale quidem cum omnibus virtutibus viva, ita ei jus honoris reginitatis habet.

## DE NOSTRIS OBLIGATIONIBUS JESU CHRISTO REGI

51. *Homines solum obedientiam honoremque Jesu Christo Regi debent?*

Non homines solum, sed etiam organizationes, civitates, et omnia genera societatum obedientiam honoremque Jesu Christo Regi debent. *Christus est rex non solum omnium hominum, sed etiam omnium ordinum societatumque, præsertim civitatum. Affirmare quod Christus auctoritatem ad omnes homines, sed non ad eosdem homines in societatibus adunatos, absurdum est, et quidem auctoritatem ad singulos etiam negat. Christus ergo est rex non solum hominum, sed etiam omnium ordinum societatumque hominum, civitatis ipsius inclusæ.*

52. *Quid genus obedientiæ homines societatesque Christo Regi debent?*

Homines societatesque obedientiam Christo Regi debent principaliter in duobus modis: (1) agnoscere eum Regem publice, palam auctoritatem ejus ad eos et subjectionem eorum ad eum proclamare; et (2) ordinare ipsos et membra eorum secundum præcepta ejus.

*Deficere auctoritatem Christi Regis agnoscere palam est vere eam negare. Civitates etiam Christum Regem agnoscere debent; necesse est civitas bona esse civitas confessionalis.*

## FONTES

*Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.*

Mt 10:32–33

*Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abjudicet, cum is a Patre jus in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita.*

Pius XI, *Quas Primas*.

53. *Obligatio civitatum regnum Christi Regis agnoscere civitatem theocratiam efficere?*

Obligatio civitatum regnum Christi Regis agnoscere non civitatem theocratiam efficere, quia civitas ecclesiaeque diversæ iam sunt, directæ ab hominibus diversis et ordinatæ ad fines diversas.

*Urbanus Papa II in bulla Unam Sanctam docuit quod potestates duas in societatibus humanis sunt: civitas ecclesiaeque. Ecclesia spirituales civitas temporales principaliter curat; ambo tamen ad bonum communem conducit. Cura spiritualis non temporalis ecclesiae est; cura temporalis non spiritualis civitati est. Bona spiritualia et temporalia autem non adusque dividitur; bona temporalia sæpe bona spiritualia tangit, et bona spiritualia sæpe ad bona temporalia conducit. Cum ergo civitas de bonis temporalibus cogitare debeat, et veritates spirituales agnoscere.*

## FONTES

*Regnum meum non est de hoc mundo.*

Joan 18:36

*Turpiter, ceteroquin, erret, qui a Christo homine rerum civilium quarumlibet imperium abjudicet, cum is a Patre jus in res creatas absolutissimum sic obtineat, ut omnia in suo arbitrio sint posita. At tamen, quoad in terris vitam traduxit, ab ejusmodi dominatu exercendo se prorsus abstinuit, atque, ut humanarum rerum possessionem procurationemque olim contempsit, ita eas possessoribus et tum permisit et hodie permittit.*

Pius XI, *Quas Primas*.

*Non eripit mortalia, qui regna dat caelestia.*

Hymnus *Crudelis Herodes*, in off. Epiph.

## DE POTESTATE ET LEGIBUS

54. *In re publica, quæ fons potestatis est?*

In re publica, sicut in omnibus rebus, fons potestatis Deus est.

55. *Potestas a populo in re publica venit?*

In re publica, potestas non a populo, sed a Deo venit.

56. *Leges humanæ, in societate civile, conformare legibus divinis oportet?*

Leges humanæ, in societate civile, conformare legibus divinis oportet, quia potestas harum legum a legibus divinis venit.

## FONTES

[N]on est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.

Rom 13:1

*Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.*

John 19:11

[C]ivili hominum communitati necessariam esse auctoritatem, qua regatur: quæ non secus ac societas, a natura proptereaque a Deo ipso oriatur auctore. — Ex quo

*illud consequitur, potestatem publicam per se ipsam non esse nisi a Deo. Solus enim Deus est verissimus maximusque rerum dominus, cui subesse et servire omnia, quæcumque sunt, necesse est: ita ut quicumque ius imperandi habent, non id aliunde accipiant, nisi ab illo summo omnium principe Deo.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*Quidquid enim potestatis usquam est, a Deo tamquam maximo augustissimoque fonte proficisci, ipsa natura testatur.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*Ex iis autem Pontificum præscriptis illa omnino intelligi necesse est, ortum publicæ potestatis a Deo ipso, non a multitudine repeti oportere.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*[U]idimus primum, servari altum de ea in constitutione silentium sed ne Dei omnipotentis quidem, per quem reges regnat et principes imperant, fieri mentionem.*

Pius VII, *Post tam diuturnas*

*Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est, ut humanæ leges ad naturæ jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

## 57. Doctrina catholica quamdam formam gubernationis mandat?

Doctrina catholica quamdam formam gubernationis non mandat, sed obligationes civitatis Deo et jures Dei in societate civile explicat et vindicat.

*Democratia, aristocratia, monarchia, et aliæ formæ pro civitatis gubernatione licet, et ecclesia fidesque non disputat. Forma gubernationis tamen jures Domini et legem naturalem, monita sapientia ecclesiæ et dilectione fidei, agnoscere et pareri oportet.*

## FONTES

*Ius autem imperii per se non est cum ulla reipublicæ forma necessario copulatum: aliam sibi vel aliam assumere recte potest, modo utilitatis bonique communis reapse efficientem. Sed in quolibet genere reipublicæ omnino principes debent summum mundi gubernatorem.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

58. *Quid est pars fundamentalis civitatis?*

Pars fundamentalis civitatis est familia, lapis de quo omnes civitates ædificantur.

*Familia est pars fundamentalis civitatis; id est, communitas patris, matris, et (Deo volente) filiorum. Familia non est communitas perfecta, quod familia non omnes in se qui pro vita bona et perfecta requiritur habet, sed est communitas imperfecta prior omnibus aliis communitatibus, perfecta etiam communitas, civitas. Civitas et alii communitates florere non potest sine familiis fortibus et bonis; familiae, similiter, florent solum cum magna difficultate nisi in forte, bona civitate sint. Pro hac causa, familia est recte « lapis de quo omnes civitates ædificantur » dicitur.*

## DE ECCLESIA ET CIVITATE

59. *Quæ societas ecclesiastica vel ecclesia est?*

Societas ecclesiastica vel ecclesia est communitas spiritualis perfecta, Corpus Christi Mysticum, membra cujus membra Corporis ejus sunt.

60. *Quæ societas civilis vel civitas est?*

Societas civilis vel civitas est communitas temporalis perfecta, omnia bona naturalia pro hominibus ad finem eorum potiendum complectens.

61. *Quid significat « perfecta communitas »?*

« Perfecta communitas » significat communitas quæ in se omnia necessaria florenti suo habet.

*Ecclesia est communitas « perfecta » quod ecclesia omnia necessaria florenti suo in se habet: id est, omnia necessaria bono communi spirituali Mystici Corporis Christi habet. Hierarchiam, sacramenta, auctoritatem Dei, et alia quæ bonum commune spirituale Mystici Corporis Christi requirit in se Ecclesia semper habet. Similiter, civitas est communitas « perfecta » quod civitas omnia necessaria florenti suo in se habet: id est, omnia necessaria bono communi temporali civium civitatis habet. Cives civitatis sæpe membra Mystici Corporis etiam sunt, de quo discemus postmodo.*

## FONTES

*At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.*

Luc 22:38

*In hac ejusque potestate duos esse gladios, spirituales videlicet et temporales, Evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis, "Ecce gladii duo hic," in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse sed satis. Certe qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis, "Converte gladium tuum in vaginam." Uterque ergo est in potestate Ecclesie, spiritualis scilicet gladius et materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum et militum, sed an nutum et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio in temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati: nam cum dicat Apostolus, "Non est potestas nisi a Deo, quae autem sunt a Deo ordinatae sunt:" non autem ordinatae essent, nisi gladius esset sub gladio, et tanquam inferior reduceretur per alium in suprema.*

Bonifacius VIII, *Unam Sanctam*, 1302

*Itaque Deus humani generis procuracionem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. Utraque est in suo genere maxima.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

**62. Ecclesia altior civitate est?**

Ecclesia altior civitate est.

**63. Cur Ecclesia altior civitate est?**

Ecclesia altior civitate est quod (1) fines materiaeque Ecclesia sunt altiora finibus materiisque civitatis, et (2) « cives » Ecclesiae (id est, membra Mystici Corporis Christi) sunt in omnibus civitatibus mundi.

*Ecclesia ad bona spiritualia dirigitur, et principium Deo est; civitas ad bona temporalia dirigitur, et principium homini est. (Cum potestas a Deo veniat, forma civitatis et leges particulares ejus clare a homine veniunt.) Manifestus est quod bona spiritualia altiores bonis temporalibus, sicut spiritus altior corpore; communitas ergo ad spiritum dirigitur altior communitate ad corpus dirigitur. Etiam, membra*

*Mystici Corporis Christi, « cives » Ecclesia, in omnibus mundi civitatibus vivunt; Ecclesia ergo in omnes mundi civitates intendere oportet.*

## FONTES

*Sicut finis, quo tendit Ecclesia, longe nobilissimus est, ita eius potestas est omnium præstantissima, neque imperio civili potest haberi inferior, aut eidem esse ullo modo obnoxia.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*In conflictu legum utriusque potestatis, ius civile prævalet.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

### 64. *Societas civilis in ecclesiam dissolvitur?*

Societas civilis in ecclesiam non dissolvitur, sed communitas necessaria ad hominis salutem remanet, et omnis homo leges justas obœdire et hanc fideliter servire oportet.

### 65. *Separari ab Ecclesia civitas oportet?*

Separari ab Ecclesia civitas *non* oportet; quidem Ecclesia civitasque junctim laborare debent in propriis dominatibus.

*Homo et familia fines spirituales habent, et fines spirituales altissimas fines quæ habent; fines tamen temporales etiam habent, et civitas necessaria eis sunt. Familia bona materialia requirunt, et hæc necessitas sub civitate est; hæc tamen pro fines spirituales est, et civitas illas agnoscere et familias intendere illas auxiliare oportet.*

## FONTES

*Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.*

Rom 13:2

*Quocirca et divine et humana jura in eos clamant, qui turpissimis perduellionis seditioumque machinationibus a fide in principes desciscere ipsosque ab imperio deturbare connituntur.*

Gregorius XVI, *Mirari Vos*

*Nēque latiora et religioni et principatui ominari possemus ex eorum votis, qui Ecclesiam a regno separari mutuamque imperii cum sacerdotio concordiam abrumpi discipiunt. Constat quippe, pertimesci ab impudentissimæ libertatis amatoribus concordiam illam, quæ semper rei et sacræ et civili fausta extitit ac salutaris.*

Gregorius XVI, *Mirari Vobis*

*Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia sejungendus est.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

*Legitimis principibus obædientiam detrectare, immo et rebellare licet.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

**66. Civitas ecclesiam obædire oportet?**

Civitas ecclesiam obædire oportet, in quibus ad res spirituales (id est, fidem et morales) pertinent; sed in aliis, civitas ecclesiam audit sicut matrem magistræ, sed eam obædire non necesse est.

**67. Civitas ecclesiam adjuvare sustinereque oportet?**

Civitas ecclesiam adjuvare sustinereque oportet, cum ecclesia pro adjutorio civitatem adrogat.

## FONTES

*Sanctum igitur oportet apud principes esse Dei nomen: ponendumque, in præcipuis illorum officiis religionem gratia complecti, benevolentia tueri, auctoritatem utique legum tegere, nec quippiam instituire aut decernere, quod sit eius incolumitati contrarium.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*Ceterum communibus hisce votis pro rei and sacræ et publicæ incolumitate carissimi in Christo filii Nostri viri principes sua faveant ope et auctoritate, quam sibi collatam considerent non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium. Animadvertant sedulo, pro illorum imperio et quiete geri, quidquid pro Ecclesiæ salute laboratur.*

Gregorius XVI, *Mirari Vobis*

*[Q]uam grave, quam acerbum, quam molestum hoc acciderit nobis . . . hanc sanctissimam religionem, non modo non eam declarari, cui soli in universa Gal-*

*lia legum præsidium et gubernii auctoritas suffragetur, verum etiam, in ipsa instauratione regni penitus præteriri?*

Pius VII, *Post tam diuturnas*

*Ecclesia vis inferendæ potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

## DE JURIBUS CHRISTI REGIS IN SOCIETATE CIVILE

### 68. *Quæ jures Dei (id est, Christi Regis) in societate civile?*

Jures Dei (id est, Christi Regis) in societate civile sunt quod civitas veritatem et religionem veram agnoscit et proclamat; se sub ecclesia, societate altiore, submittit; et missionem ecclesiæ adjuvat et sustinet quacumque potest.

*Propter eminentiam regni Christi contra regnum hominis, necesse est quod regnum hominis in adjutorium Regis sui venit quacumque potest. Sic enim pater in adjutorium familiæ, et familia in adjutorium vici, et vicus in adjutorium civitatis venit, cum altior communitas necessitatem habet; sic civitas in adjutorium ecclesiæ venire oportet, cum ecclesia necessitatem habet. Quamvis enim civitas dominatum proprium habet, bonum ejus est bonum solum si ad bonum spirituale ducit; nam bona temporalia quæ non ad bonum spirituale homines ducunt vacua vanaque sunt, et indigna objecta voluntatum hominum. Civitas ergo, ut finem propriam perveniat, ecclesiam quæ finem propriam pervenit habere oportet; et ergo civitas adjuvare et sustinere ecclesiam ad finem ejus spirituales assequi oportet.*

### 69. *Quomodo civitas veritatem et religionem veram agnoscere et proclamare oportet?*

Civitas veritatem et religionem veram agnoscere et proclamare oportet principaliter a institutione ecclesiæ Christi publica, et a palam publiceque Jesum Christum Regem suum annuniantem.

*Civitas non potest agnoscere veram religionem, et veritatem generaliter, nisi Unum qui veritas est etiam agnoscit. Christus Rex est veritas; civitas ergo non potest agnoscere veritatem nisi Christum agnoscit. Obligatio ad Deum homini individuo est etiam societati civili.*

## FONTES

*Dicit ei Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

Joan 14:6

*Deus enim, sicut in rebus, quæ sunt quæque cernuntur, causas genuit secundarias, in quibus perspici aliqua ratione posset natura actioque divina, quæque ad eum finem, quo hæc rerum spectat universitas, conducerent: ita in societate civili voluit esse principatum, quem qui gerent, ii imaginem quamdam divinæ in genus humanum potestatis divinæque providentiæ referrent.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

*Hac ratione constitutam civitatem, perspicuum est, omnino debere plurimis maximisque officiis, quæ ipsam iungunt Deo, religione publica satisfacere. Natura et ratio, quæ iubet vel singulos sancte religioseque Deum colere, quod in eius potestate sumus, et quod ab eo profecti ad eundem reverti debemus, eadem lege adstringit civilem communitatem. Homines enim communi societate coniuncti nihilo sunt minus in Dei potestate, quam singuli, neque minorem quam singuli gratiam Deo societas debet, quo auctore coaluit, cuius nutu conservatur, cuius beneficio innumerabilem bonorum, quibus affluit, copiam accepit.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

**70.** *In quibus aliis modis civitas agnoscere religionem veram oportet?*

*Civitas agnoscere religionem veram oportet auxiliando familias bona temporalia necessaria habere, ut membra familiæ (qui etiam membra Mystici Corporis) proximior Deo sint et fines spirituales intendant. Familiæ quantitatem bonorum temporalium requirunt—id est, cibi, vestimentorum, domi—et civitas debet ut familiæ potiri hæc bona possint. Sine hæc bona, difficultatem magnam in potiendo bona spiritalia, salutem etiam, cives habebunt.*

*Cives civitatis sunt etiam et primum membra Mystici Corporis Christi; numquam obliviscere civitas oportet.*

71. *Quomodo civitas se sub ecclesia submittere oportet?*

Civitas se sub ecclesia submittit principaliter cum ad iudicium ecclesiasticum in dominatu proprio se submittit.

72. *Dominatus Ecclesiae materiae spirituales solum est?*

Dominatus Ecclesiae materiae spirituales solum non est; potestas Ecclesiae etiam in materias spirituales materialesque commixtas extendit.

73. *Quae aliqua exempla materiarum spiritualium materialiumque commixtarum sunt?*

Aliqua exempla materiarum spiritualium materialiumque commixta sunt matrimonium et educatio juventutum.

74. *Estne nomen materiarum in quas Ecclesia potestatem directam habet?*

Nomen materiarum in quas Ecclesia potestatem directam habet est « materiae naturaliter spirituales », aut « spirituales omnino » aut « spirituales partim » (id est, materiae mixtae) sunt.

75. *Quis est potestas Ecclesiae indirecta?*

Potestas Ecclesiae indirecta in materias quae regulariter temporales, sed circumstantiae exceptionales spirituales fecerunt, extendit.

*Haec potestas indirecta est potestas vere; est jus mandare et non solum precari. Circumstantiae exceptionales materias temporales in materias spirituales faciant; e.g., horae laboratorum materia temporalis sunt, sed sunt accidentaliter spiritualis si labor est in die dominica.*

76. *Ecclesia in materias temporales simpliciter auctoritatem habet?*

Ecclesia in materias temporales simpliciter auctoritatem non habet; civitas in has materias auctoritatem habet.

77. *Quomodo civitas missionem ecclesiae adjuvare et sustinere oportet?*

Civitas missionem ecclesiae adjuvare et sustinere oportet a adiutorio materiali (in transportatione, pecunia, et cetera) et, si necesse est, a executione iudiciorum eius.

## FONTES

*Delictum quod unice lædit Ecclesiæ legem, natura sua, sola ecclesiastica auctoritas persequitur, requisito interdum, ubi eadem auctoritas necessarium vel opportunum judicaverit, auxilio brachii sæcularis; delictum quod unice lædit legem societatis civilis, jure proprio, salvo præscripto can. 120, punit civilis auctoritas, licet etiam Ecclesia sit in illud competens ratione peccati; delictum quod lædit utriusque societatis legem, ab utraque potestate puniri potest.*

Codex Iuris Can. 2198 (1917).

78. *Civitas scholas publicas sine Ecclesiæ custodia dirigere debet?*

Civitas scholas publicas sine Ecclesiæ custodia dirigere non debet; Ecclesia quidem regimen scholarum publicarum, præsertim doctrinam religiosam in eis docere, participare permitti oportet.

## FONTES

*Totum scholarum publicarum regimen, in quibus juvenus christianæ alicuius Reipublicæ instituitur, . . . potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognascatur jus immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

*Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendæ ratio, quæ sit a catholica fide et ab Ecclesiæ potestate sejuncta.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

79. *Quæ relatio Ecclesia civitati de matrimonio?*

Potestas de matrimonio omnino Ecclesiæ est, et leges civitatis conformare legibus Ecclesiæ de illo debent.

80. *Civitas divortium permittere debet?*

Civitas divortium permittere non debet, matrimonium enim res religiosa est, et civitas leges suas legibus Ecclesiæ de matrimonio conformare oportet.

FONTES

*Jura naturæ matrimonii vinculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

*Causæ matrimoniales et sponsalia suapte natura ad forum civile pertinent.*

Pius IX, *Syllabus Errorum*

- 81.** *Proverbium facile pro relatione regni Christi et regni hominis est?*  
Proverbium facile pro relatione regni Christi et regni hominis est relatio animæ corporisque.

*Proverbium aptum præsertim in hanc materiam. Sic anima corpus vivificat, et facultates altiores ei dat, sic Ecclesia vitam veram civitati membris ejus dat. Sic anima corpus in submissione, e.g. jejunio vel alia pœnitentiæ, castigat, sic Ecclesia civitatem propter hominis altiorem finem interdum corrigit vel, si necessitas sit, castigat. Ecclesia est communitas altior; civitas Ecclesiæ se submittere oportet.*

FONTES

*Itaque inter utramque potestatem quædam intercedat necesse est ordinata colligatio: quæ quidem coniunctioni non immerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur.*

Leo XIII, *Immortale Dei*

- 82.** *Nostra fidelitas regno Christi comprehendit fidelitatem nostram gubernationibus terrenis?*

Nostra fidelitas regno Christi comprehendit fidelitatem nostram gubernationibus terrenis fidelitatesque omnes aliascumque.

*Hæc doctrina etiam significat quod fidelitas nostra fratribus nostris in Christo—membris aliis Mystici Corporis ejus—est altior fidelitatibus omnibus aliiscumque, fidelitate civitati inclusa. Fidelitates aliæ sunt bonæ et conservari oportet; fidelitas tamen Mystico Corpore et membris ejus semper est prima et altissima.*

## FONTES

*Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.*

Mt 10:37

*Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.*

Gal 3:28

**83.** *Fraternitas Mystici Corporis fidelitates alias terminat?*

Fraternitas Mystici Corporis fidelitates alias non terminat; homo quidem est, in natura, creatura in societatibus multis.

*Principium modernum est quod homo in uno societate solum est; traditionalis tamen doctrina est quod homo in multis societatibus est: in Ecclesia (et Mystico Corpore) prima, et in civitate, et in familia, et in societatibus laboratorum, et multis aliis. Est bonus et naturalis homini esse in his societatibus et fidelitatem his habet.*

## FONTES

*Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: et quæ sunt Dei, Deo.*

Mt 22:21

# CULTUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI REGIS

## DE DIEBUS CHRISTI REGIS SPECIALIBUS

**84.** *In quibus diebus Jesum Christum sic Regem præsertim celebramus et laudamus?*

Jesum Christum sic Regem præsertim celebramus et laudamus principaliter in die festo Domine nostri Jesu Christi Regis; in Epiphania;

in diebus sanctorum qui ei sic Regi devoti erant, vel qui virtutes regales ejus magnopere exercebant et ostendebant; et in diebus quibus Christus regnum suum in terra in modo speciale ostendit.

**85.** *Quo die festum Domini nostri Jesu Christi Regis est?*

In calendario novo, festum Domini nostri Jesu Christi Regis est dominica ultima in tempore ordinario. In calendario traditionale, festum Domini nostri Jesu Christi Regis est dominica ultima octobris.

FONTES

*Itaque, auctoritate Nostra apostolica, festum D. N. Jesu Christi Regis instituimus, quotannis, postremo mensis Octobris dominico die.*

Pius XI, *Quas Primas*.

**86.** *Cur dominicam ultimam octobris ecclesia optavit pro festo Domini nostri Jesu Christi Regis?*

Dominicam ultimam octobris ecclesia optavit pro festo Domini nostri Jesu Christi Regis propter rationes tres: (1) proxime antecedit celebritatem Omnium Sanctorum, qui regnum Christi Regis agnoscunt, et Rex militibus circumiri debet; (2) hæc pars anni fere annum liturgicum claudit, et mysteria vitæ Christi coronat; et (3) festum non terminus anni est, et festum in medio anni ostendit quod regnum Christi Regis in temporibus præsentibus est, non solum præteritis et non solum futuris.

**87.** *Cur in Epiphania præsertim celebramus regnum Jesu Christi?*

In Epiphania præsertim celebramus regnum Jesu Christi quod in hac die Tres Reges Orientis venit ut eum adorent sic Regem eorum, primum omnium nationum nisi Gentis Electi dignitatem regalem confiteri.

FONTES

*Ubi est qui natus est rex Judæorum?*

Mt 2:2

- 88.** *In Epiphania, quo signo est dignitatis regalis Jesu Christi principaliter significatur?*

In Epiphania, dignitas regalis Jesu Christi principaliter significatur signo doni auri est, nam incensum divinitatem ejus, myrrha victimitatem ejus, et aurum regalitatem ejus significat.

- 89.** *In quibus aliis diebus praesertim regnum Jesu Christi celebramus?*

Praesertim regnum Jesu Christi celebramus in festo Sacratissimi Rosarii, 7 octobris; in festo B. Mariae Virginis Reginae, 31 maii; in festo sancti nominis Mariae, 12 septembris; in festo Regis Ludovici IX, 25 augusti; in festo Joanna de Arc, 30 maii; et in festo Sancti Joseph, 19 martii.

- 90.** *Cur regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Sacratissimi Rosarii?*

Regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Sacratissimi Rosarii quod Christus Rex victoriam bellatoribus christianis per Mariam sui Matrem in Lepantone in hac die donavit. Potentia divina terrenaque, potentia imperatoris capitaneique, virtus bellatoris regisque hac victoria clarissime demonstrat.

- 91.** *Cur regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo sancti nominis Mariae?*

Regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo sancti nominis Mariae quod Christus Rex victoriam bellatoribus christianis in hoc nomine in Vindobona contra Turcos in hac die donavit. Potentia divina terrenaque, potentia imperatoris capitaneique, virtus bellatoris regisque hac victoria clarissime demonstrat.

- 92.** *Cur regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Regis Ludovici IX?*

Regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Regis Ludovici IX quod Ludovicus rex virtutes regales Domini sui, Jesu Christi Regis, magnopere nos ostendit.

- 93.** *Cur regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Joanna de*

*Arc?*

Regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Joanna de Arc quod Joanna coronationem Carolum Franciæ regem, et regnum terrenum ejus, solum sub luce coronam Christi universi Regis spectavit, et sine lasso hoc instituere laboravit.

FONTES

*In animo S. Joannæ coronatio et unguentio Regis Franciæ semper sunt, quod unguentio universo regno Christi honorat, et potentiam politicam gubernationi Jesu conjungit. Hæc sancta ad custodia supernaturalis Dei et ordinis Catholicæ in Europa quod erat gloria ætatum mediarum mundum monendum erat.*

Fr. Denis Fahey, *The Kingship of Christ according to the Principles of St. Thomas Aquinas 164* (Christian Book Club of America: Palm Dale, CA, 1990).

94. *Cur regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Joseph?*

Regnum Jesu Christi celebramus praesertim in festo Joseph quod Joseph, sponsus Beatæ Virginis Mariæ, Dominum nostrum (et Dominum suum) sic filium suum suscipiendo, in obœdientia voluntati Domini ipsi, heredem David et heredem suum, regem Israel, effecit.

FONTES

*Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

Matt 1:16

95. *Alii sancti praesertim magnitudinem Christi Regis demonstrat?*

Alii sancti qui praesertim magnitudinem Christi Regis demonstrat omnes sancti regales; e.g., Margareta, regina et vidua (10 junii); Elizabeth, regina et vidua (8 julii); Ferdinandus, rex et confessor (30 maii); Clothilda, regina et vidua (3 junii); Stephanus, rex and confessor (2 septembris); Eduardus, rex et confessor (13 octobris). Exempli eorum

est omnibus, regalibus et communis.

## DE SIGNIS ET MYSTERIIS SIGNIFICANTES CHRISTUM REGEM

### 96. *Quibus rebus in vita Jesu Christi mentes nostras ad regnum ejus trahitur?*

Mentes nostras ad regnum Jesu Christi trahitur a omnibus rebus in vita Domini, praesertim tamen ingressus Jerusalem in dominica in Palmis et coronatio spinis.

### 97. *Quomodo ingressus Jerusalem in dominica in Palmis a Jesu Christo regnum Christi Regis significat?*

Ingressus Jerusalem in dominica in Palmis a Jesu Christo regnum Christi Regis significat quia populus ejus eum sic regem salvavit, sic regem quidem iterum adventum, honorem ei dantes quem non abnuit.

*Populus Jerusalem et Israel, ejus populus, cujus erat et de quo humanitatem traxit, in ingressu Jerusalem eum sic regem iterum adventum salvavit. Ramos palmarum in semitam ejus posuerunt, et clamaverunt, "Hosanna filio David." Dominus Jesus hos honores et has laudes non abnuit; quidem accepit, et in Jerusalem in asino vasis. In hac re regnum ejus nobis clarissime revelatur.*

## FONTES

*Exsulta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi justus, et salvator: ipse pauper, et ascendens super asinam et super pullum filium asinae.*

Zach 9:9

*[T]urbæ autem, quæ præcedebant, et quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis.*

Mt 21:9

*[Q]ui præibant, et qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna: benedictus qui venit in nomine Domini:*

Mc 11:9

[A]cceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant : Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israël.

Jo 12:13

**98. Quomodo coronatio Jesu Christi spinis regnum Christi Regis significat?**

Coronatio Jesu Christi spinis regnum Christi Regis significat quia hoc tormento regnum ejus foedissime lusimus; sed resurrectione regnum ejus gloriose vindicavit.

*Quia foedissime regnum ejus lusimus cum eum corona spinarum coronavimus, nunc optime regnum ejus laudamus cum instrumentum tormenti symbolum triumphus effectum veneramus.*

FONTES

[E]t induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam. Et caeperunt salutare eum: Ave rex Judaeorum. Et percutiebant caput ejus arundine: et conspuebant eum, et ponentes genua, adorabant eum.

Mt 15:17–19

*Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant : Ave, rex Judaeorum: et dabant ei alapas.*

Jo 19:2–3

**99. Quae orationes Domino nostro Jesu Christo Regi praesertim placet?**

Nonnullae orationes Domino nostro Jesu Christo Regi praesertim placet includit: Psalmi afflati in Sacris Scripturis; Sacratissimum Rosarium ejus Matris; oratio Pii XI ad Christum Regem; oratio divini Officii de Christo Rege; oratio divini Officii de Sancto Rosario; et oratio divini Officii de Sancto Ludivico.

**100. Quomodo honorem Jesu Christo Regi in Sacratissimo Rosario possumus dare?**

Honorem Jesu Christo Regi in Sacratissimo Rosario possumus dare

præsertim in tertio mysterio doloroso (Coronatio Jesu Christi Spinis) et in quinto mysterio glorioso (Coronatio Beati Mariæ semper Virginis), si genua flectamus dum hæc mysteria oramus.

## FONTES

*Iamvero, de variis divinæ Matris colendæ formulis et rationibus, quum eæ sint præoptandæ quas et per se ipsas potiores et illi gratiores esse noverimus, Rosarium idcirco nominatim indicare placet impenseque inculcare. Huic precandi ritui nomen coronæ communi sermone adhæsit.*

Leo XIII, *Octobri mense*

### 101. *Aliquæ sententiæ de Christo Rege sunt?*

Aliquæ sententiæ de Christo Rege « Christus vincit! Christus regnat! Christus imperat! »; « Age viriliter, noli morare »; et « Pax Christi in regno Christi » sunt.

### 102. *Unde sententia « Christus vincit! Christus regnat! Christus imperat! » venit?*

Sententia « Christus vincit! Christus regnat! Christus imperat! » est sententia vetus, Carolingiana vel veterior.

### 103. *Sententia « Christus vincit! » significat quod?*

Sententia « Christus vincit! » significat quod regnum Christi jure victiois est: jus de ejus victioe peccatorum nostrorum et mortis in sacrificio magno in cruce est.

### 104. *Sententia « Christus regnat! » significat quod?*

Sententia « Christus regnat! » significat quod regnum Christi universalis in locis temporibusque est.

### 105. *Sententia « Christus imperat! » significat quod?*

Sententia « Christus imperat! » significat quod regnum Christi est non solum regnum, sed etiam imperium; id est, Christus regnat sic imperator, non solum sic rex.

### 106. *Sententia « Age viriliter, noli morare » significat quod?*

Sententia « Age viriliter, noli morare » significat quod actiones nostræ

viriles esse, et non morari causa timoris debilitatisve, debent.

**107. Unde sententia « Age viriliter, noli morare » venit?**

Sententia « Age viriliter, noli morare » venit in parte de epistula prima Sancti Pauli apostoli ad Corinthios.

FONTES

*Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini.*

1 Cor. 16:13

**108. Unde sententia « Pax Christi in regno Christi » est?**

Sententia « Pax Christi in regno Christi » est de epistula encyclica « Quas Primas » a Pio XI scripta. Significat quod solum in regno Christi pax vera acquiri potest.

FONTES

*Itaque pacem Christi ut quarendam in regno Christi monuimus.*

Pius PP. XI, Quas Primas

**109. Quid est coronula?**

Coronula est « corona parva »; id est, corona spinarum parva quæ Christianus in sua persona gerit, in honore et memoria corona spinarum quæ Christus gerit in Passione sua.

**110. De quo coronula facitur?**

Coronula facitur e core coriove pannove plecto. Spinæ in coronula sunt e metallo lignove, vel alia materia idonea. Spinæ non injuriam gestori facere oportet; factor curam gerat!

**111. Quomodo coronula geritur?**

Coronula in carpo, circum alvum, vel in alia parte corporis geritur.

**112. Cur coronula geritur in honore Christi Regis?**

Coronula geritur in honore Christi Regis in memoria corona spinarum. Corona spinarum nos Regem nostrum immitissime lusi sumus;

coronula nos Regem nostrum idoneissime glorificamus, et pœnitentia nostra peccatum ludi nostrum reparamus.

,

## COLOPHON

Hoc documentum imprimitur litteris EB Garamondis 10/12, et totaliter originalis opus est. Systema pro documenta præparante  $\text{\LaTeX}$  (specie super  $\text{\LuaTeX}$  ædificatur) imprimitur est.